



M. Aelius Aurelius Antoninus philosophus ex patre Annio Vero et Domitia Caluilla matre natus Romæ vi. kal. Maij duo suo Annio Vero iterū Augure et cons. A prima infan-
tia supcilij stoici, philosophorū præceptis traditus tantū in
eis operis & laboris impendit ut etiā corpus adfligeret, &
cū hoc pingēdi artē didicit. Antoninus pius hac cōditiōe ab
Hadriano adoptatus, ut hūc Marcū & M. L. Commodū a-
doptaret. Quā tamē adoptiōem hic Marcus egretulit, qa
inuitus de maternis æssit hortis, statimq; Cæsar à Pio desi-
gnatus p omnes gradus dignitatum ascēdit & uoluntate
principis & senatus: post Pij excessū coactus à Senatu ad
curā publicā L. Aurel. Verū fratrem & generū sibi imperij
designauit, tuncq; primū Ro. impiū duos cæpit habere Au-
gustos. L. Verus ad Parthicū bellū missus, ipse Romæ man-
sit. ad bellū Marcomanicū ambo profecti L. in itinere pe-
riit, quo mortuo solus remp. tenuit & bellū inceptum con-
fecit. Cōmodū filiū Cæsarē fecit. Tādē cū amore omniū im-
perasset annos XVIII. Vitæ LXI. diem ultimum clausit.